



D. O. M. I.

Magnæ Societati

Regiæ

Anglicanæ

S. P.



Multa & egregia extitisse nostri seculi inventa *Illustrissimi Viri* testimonio fuerunt & adhuc extant Acta celeberrimæ vestræ Societatis Regiæ in Angliâ, & Conventus eruditorum qui Parisiis in Bibliothecâ Regia habentur, nec non Academiae curiosæ in Germaniâ : Quorum omnium utiles progressus in hunc usque diem crescere cernimus. Nemo hinc inficias ibit præsentis seculi industriam & curiosam, mysteriorum naturæ scrutinia cum indefessâ experimentandi cupiditate cunctis præteritis palmam præripere. Ut plerosque his in rebus excellentes eruditoque orbi notos (quorum encomia stante Oceano vix peribunt) præteream, considerent modo velim, à Clarissimo vestræ terræ virorum pari Bacono Verulamio & Roberto Boyleo adhuc su-

A 2

per.